

Christian Hildebrand

Rector Universitatis Rostochiensis Christianus Hildebrandus, Logices P. Ducalis P. & Facultatis suae Senior ad exeqvias, qvas Virgini ... Sophiæ Amaliæ Redekeræ, Filiæ Suæ desideratissimæ Parens Moestissimus Vir ... Dn. Henricus Rudolphus Redeker ... Ducis Regentis Mecklenburgici ... Consiliarius ... Hodie parat freqventer eundas Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat

Rostochii: Weplingius, [1702]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770285309>

Druck Freier  Zugang



Hiltebrand, C.
in
S. A. Redeker.

Rostock, 1702.

07.

47.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
CHRISTIANUS HILTE-
BRANDUS,



Logices P. Ducalis P. & Facultatis suæ Senior
ad exeqvias, quas
Præ-Nobilissima, Florentissima

SOPHIÆ AMA-
LIÆ REDEKERIÆ,

Filiæ Suæ desideratissimæ
PARENS MOESTISSIMUS

Vir Illustris, Munerisq; ac Virtutum amplitudine Splendidissimus

DN. HENRICUS RUDOL-
PHUS REDEKER,

Serenissimi Principis ac DOMINI;

DN. FRIDERICI WIL-
HELM I.

Ducis Regentis Mecklenburgici, & rel.

DOMINI NOSTRI longè Clementissimi

Cohilarius aulicus, Hæreditarius in Potrambs & Scharstorpff/ &c.

Hodiè parat
frequenter cundas

Omniū Ordinū Civēs Academicos, Studiose benevolèq; invitat.

Rostochiis, Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Univ. Typogr.

ELISABETHA Angliæ
Regina ap. Gulielm. Camden!
in Annal. Rev. Anglic. & Hibernic.
ad Ann. 1568. p. 467.

Dum præterita animo recolo;
præsentia video, futura expecto, FE-
LICISSIMOS EOS existimo, Qvi
HINC, GITIUS DEMIGRANT,



Sanctissimo
Annunte
Redemptore!



Ræ - Nobilissima
Virgo, SOPHIA
AMALIA REDE-
KERIA cheu! ef-
fertur, Cives Optimi. Pro-
deyndum est. Si Tædis
prælucentibus ad Sponsum
duceretur, mutatoriis sumptis ad hymenæi mo-
dulos seqveremini. Nunc cum lessus canitur,
pullatæ estis immiscendi turbæ. Suspiretis me-
cum, scio, Virginal hocce decus in tenerâ ætate
in prædam cessisse morti. Sed vel hinc disca-
mus, non tantum truges in maturitate demeti,
sed & in herbâ vel culmo perire; & propterea
nobis quoq; caveamus,

Sape

Sape etenim mediâ cecidere abrupta Juventâ
Gaudia, florentesq; manucidit Atropos annos,
Si excusationes retardare possent mortem,
Virgo defuncta, innocentiam vitæ, teneros an-
nos. Spes de se conceptas & multa alia causari po-
tuisset. Sed non sine causâ Euripidi mors dicta
ἀπὸ Φάσις, sicuti Pluto Homero est ἀμείλιχ
καὶ ἀδάμας. Inexorabilis est uterqve & impla-
cabilis, furdis ad preces auribus,

Lanificas nulli tres exorare puellas

Contigit, observant, quem statuere, diem.
Heliodorus quidem *Libro IV.* nuncupat *Veneran-*
dum Virginis nomen. Et propterea non sine
causâ inter personas Sacro-Sanctas atqve inviola-
biles, præter Reges, Sacerdotes, Patres, nume-
rantur virgines. Hinc ipse DEUS, cum excin-
dere *Moabitas* constituisset, quicquid erat gene-
ris masculi, etiam tenerrimæ ætatis, unâ cum fœ-
minis, quæ cum Viris consveverant, jugulare;
Virgines autem cladi exemptas vivere iussit. Sunt
non injuriâ, sed commiseratione dignæ, & dicen-
te Homero ἐλιώπιδες i. e. quæ omnium oculos in
se convertunt. Et illum, quem blandus virginis
ad spectus ab injuriâ non deterret, oportet tygri-
de esse immitiorem, ipsoq; Marte crudeliorem,
quem Pœtæ fingunt armatum â nudâ Venere ad
obsequia præstanda domitum. Vestales certe
facinorosum, ad supplicium fortè ductum, si oc-
currebant, mortis poenâ, teste Plutarcho in *Nu-*
mâ, exemerunt. Tanta tamen mortis est im-

A 2

manitas

manitas, ut ipsis non parcat Virginibus, potius
eas æquet communi Jure aliis. Quæ ipsæ tamen,
sic anticum Agni rectè didicerint, ut dicitur, Apoc.
XIV. 1, Agnum, quocumque ierit, sequuntur
suntque primitiæ DEO & Agno. Non facimus
hic cum illis, qui virginitatem consueverunt
cum contumeliâ conjugii nimis deprædicare
laudibus, illosque commendant, qui vel sponsas
amore cœlibatus monastici deseruerunt, vel con-
juges domum ductas ad vouendam secum perpe-
tuam virginitatem compulerunt. Detestamur
eas virgines, quæ in conjugio pudicitiam non
seruari autumantes, ex ipso cœlibatûs statu lau-
des quærunt. Stultam & impiam vocamus *Mar-
tildin*, ex *Malcolmo* Rege *Scotia* & *Margari-
thâ*, *Eduardi R. Angl.* filiâ genitam, quæ, cum à Fra-
tre *Edgardo* juberetur *Henrico I.* Regi *Anglorum*, ut
tandem inimiciæ Anglos inter & Scotos arden-
tes tollerentur, nubere, idque invitâ faceret, (quia
didicerat à Præconibus monasticæ vitæ, conjugii
um terræ tantum decus esse, Virginitatem verò
cœli) omnem, quam erat enixura prolem, im-
piis his verbis: *Fructum ventris mei Diabolo com-
mendo*, est execrata, *Matthæus Parisiensis*, *Monâ-
chus Albanensis in Hist. Angl. p. 48.* eo eventu, ceu
testatur *Polydorus Virgilius in Histor. Angl.* ut du-
os quidem egregios filios Marito pareret, *Guili-
elmum & Richardum*, sed eos jam Regno maturos
fluctibus maris per subitam tempestatem com-
moti obrutos cerneret. Virginitas, quæ DEO
placet

2109100

21

placet & nos CHRISTO sponſas ſociat, in men-
te deprehenditur, non corpore. Si prava in ani-
mo ſurgescit concupiſcentia, & virgineo ſe foris
jactat nomine, virginitas perit, iſque, quem ani-
mus corrumpit adulter, quique corde variis vi-
tiis enervato mœchatur, indignus eſt, qui agnum
ſeqvatur, nec canticum illud novum, quo CHRIS-
TI magnalia decantantur, unquam didicit, ſed ſe-
mine infernali imprægnatus, fœtum alit vipere-
um, generationi illi adulteræ annumerandus, in
quam CHRISTUS Matth. XII, 38. invehitur. In
illum enim quadrat, quod Ovidius canit:

*Ut jam ſer vâris benè corpus, adultera
mens eſt,*

Omniſus excluſis, intus adulter eris,

Et Nazianzenus:

Nec Tibi virgineâ quicquam clareſcere laude

Profuerit, vitis habeas ſi pectus apertum

*Virginitate tumens, Gravius ſcelus illud ha-
bendum eſt,*

*Nſcitur ex virtute malum cum Dæmonis
aſtu.*

Quæ contra Virgo in Juſtitiâ & judicio inque mi-
ſericordiâ, miſerationibus & fide, Sponſo CHRIS-
STO eſt deſponſata Hof. II, 20. ſi vel maximè cum
marito quærit liberos, aut ſi tortè illi per obſte-
tricis incuriam integritas virginitatis perditur, ut
Auguſtinus hoc exemplum allegat *L. 1, de Civ. DEI*
Cap. XVIII. quis putabit huic periſſe aliquid de
corporis

corporis sanctitate, quamvis membri integritate
perditâ? Virginitas corporis, ut *Philosophi* no-
runt, non meretur, ut in serie Categoriarum po-
natur. Quia enim non per se subsistit, nec per
partes extenditur, nec locum inter qualitates te-
net; sed nec correlatum habet, nec inter actio-
nes aut passiones aut reliquorum prædicamento-
rum voces ponitur, nihil in ipsâ est, unde vel lau-
detur vel vituperetur: Omnis laus oritur ex il-
lis, quæ ab continentia à sexu altero junguntur. Si
mens non est intacta in virginitate, nihil juvat;
si in castitate mentis *τῆς τρυφῆς* incumbitur, ni-
hil flos purè delibatus officit: quin potius fru-
ctum cœlo infert. Virginitas enim corporis nihil
est aliud quam privatio veneri contactus ab eo,
qui est diversi sexus. Quumque primaria sedes
virtutum & vitiorum non corpus sit, sed animus,
quid curo virginitatem illam corporis, si animus
mœchatur. Quid etiam curo vim carni invitæ
illatam, si mens casta manet? Id interim cer-
tum est, si quis ad virginitatem vel vocatus, vel
quacumque legitima ratione damnatus, animum à
scortatione spirituali, i. e. à quacumque turpitudine
continet, & spretis seculi deliciis cum prudenti
quinque virginum choro perpetuò oleum fidei &
caritatis in lampade ardente habet adornatum; il-
lū ex effato Pauli beatiorē eo esse nomine, quia
ἡμεῖς ἂν ἀνάγκη seu urgentia sanctos incommoda
facilius sustinet, & dum familia non gravatur, ex-
peditior est, ad præsentis vitæ afflictiones susti-
nendas.

endas, DOMINOq̄ decenter & aptè absq̄ve
distractione adhærescit, uti hæc docentur I. Cor.
VII. 26, 35. Et hæc credo causa est, q̄vare omnes
electos Scriptura nōmine *Virginum* insigniat, &
Regnum cœlorum virginibus comparet, & Ec-
clesiam, Jerem. XIII, 13. Amos V. 3. Jes.
XXXVII, 22. XLVII, 1. nōmet virginem: non
q̄vod conjugati non sint inter electos & genuina
Ecclesiæ membra, absit, sed q̄vod typo virgi-
num, tam corpore quam mente intactarum,
nobis imperetur corporis animæq̄ve sanctitas,
etiam tum servanda, cum torum cum Patriar-
chis & sanctis viris ingredimur, & impurum
cœlibatum fœtentibus monachorum claustris
relinquimus. Eas interim ex animo venera-
mur virgines, q̄væ se propter regnum cœlorum,
ut CHRISTUS ait Matth. XIX, 12. castrantes
ad officia suæ pietatis sive ministerii sacri obe-
unda, sese reddunt expeditiores, dum animum
maturè seculo subtrahunt & cœlestibus appli-
cant. Itaq̄ve *Bona quidem est pudicitia conjuga-
lis, sed melior Continentia virginalis vel vidualis,*
inquit Divus Augustinus *de Sanct.* Viduit.
Quanto cœlum terrâ præstantius est, scribit Sanct.
Isidorus Pelusiota in Ep. *Et anima corpore, tan-
sum etiam virginitas* (vera scilicet, q̄væ est in car-
ne corruptibili incorruptionis perpetua medi-
tatio) *matrimonio antecellit, primas partes in acie
tenet, & pbalangis frontem exornat, illustriaq̄ve tro-
pæa statuit.* Hinc negari neq̄vit, in omni sexu,
secundum

secundum Cyprianum in *Libr. de conjug. Virginitatem esse sororem Angelorum, Victoriâ libidinum. Reginam virtutum, possessionem omnium bonorum*
Ut autem ad id, quod caput est hujus Scriptionis nostræ, veniamus, Præ-Nobilissimæ Lectissimæq; Virginis REDEKERIÆ, cujus exuviarum cohonestandarum gratia, hæc præfati sumus, Vitam inculpabilem, & laudes haud ceruffatas hîc annectemus, prout accepimus.

Prodiit in hanc lucem candidissima Anima, Anno supra millesimum, sexcentessimum nonagesimo, 22. die, horâ 2. pomeridianâ Mensis Septembris ex Perillustribus, Splendidissimisq; Majoribus & Parentibus. PATREM venerata est Virum Illustrem, Munerisque ac Virtutum amplitudine Splendidissimum DN. HENRICUM RUDOLPHUM REDEKERUM, Consiliarium Mecklenburgicum Ducalem Aulicum, quem candor & merita Sua Serenissimæ Domui Mecklenburgicæ fideliter exhibita apprime commendant, Hæreditarium in *Botrambs & Scharstorpff &c.* MATREM excolata est Præ-Nobilissimam, Pietate, omniumq; Virtutum apparatus exquisitissime instructam DN. ANNAM CHRISTINAM Henningß. AVUS PATERNUS ipsi Patri cognominis fuit, Vir Perillustris, Excellentissimus, Consultissimus DN. HENRICUS RUDOLPHUS REDEKERUS, Consiliarius Mecklenburgicus intimus, ac Consistorialis,

B

Juris

Juris Consultus consummatissimus, Antecessor
hujus Universitatis famigeratissimus, Vir anti-
quâ virtute & fide, quem Serenissimi Principes ac
DOMINI t. t. Regentes DN. CHRISTIA-
NUS LUDOVIGUS, & DN. GUSTA-
VUS ADOLPHUS, Duces Mecklenburgici
æternæ famæ ac memoriæ, habuerunt magnâ
in gratiâ. AVIA lineæ PATERNÆ exstitit, Præ-
Nobilissima, & singularis exempli Matrona DN.
MARGARETHA Schützen / ex SCHU-
TZIORUM de Ducatu hâc Mecklenburgico o-
ptimè meritorum stirpe. AVUM MATERNUM
habuit Virum Præ-Nobilissimum, Experientissi-
mum, & Amplissimum DN. CHRISTOPHO-
RUM HENNINGIUM, Medicum & Archi-
atrum Holsatiæ Principis celeberrimum. AVI-
AM MATERNAM agnovit, Matronam
Præ-Nobilissimam, Gentis suæ prælustre decus
ac exemplum DN. LUCIAM de KOHL-
BLATTEN ex laudatissimâ ac splendidissima-
rum imaginum plenissimâ der von Kohlblatten
familiâ in Holsatiâ ortam.

Ex hisce illustribus & fulgidissimis Pæ-
rentibus ac Majoribus (Altius enim Generis me-
moriâ repetere *Lugentes* noluerunt, ne con-
quisito alienæ laudis cumulo, propriæ videan-
tur diffidere) nata est Nostra cheu! denata RE-
DEKERIA, Sed quid profuisset ei carnalis, licet
illustis

illustri generatio? Ipse SALVATOR noster
inquit: *Quicquid natum est ex carne, caro est.*
Joh. III, 6. *Caro autem & sanguis Regnum DEI pos-
sidere non possunt.* 1. Cor. XV, 50. Hæc & alia,
præcipuè & hocce SALVATORIS effatum: *Ni-
si quis renatus fuerit ex aquâ & SPIRITU, non po-
test introire in regnum DEI.* Joh. III, 5. Optimi Pa-
rentes Christiani ponderantes enixè curarunt, ut
22. Septembris nata filiola mellitissima, die 24.
ejusdem mensis ex aquâ & Spiritu renata, Eccle-
siæ CHRISTI oblata ac infusa, in fœdus gratiæ
DEI reciperetur. Inter fideles Parentum Curas
folicitè educata & ad pietatem omnesque virtutes,
muliebrem lexum impensissimè ornantes, feli-
citer instituta, majori indies SUORUM gaudio
succrevit, & quod ad fingendos optimos mores,
tum ingenua indoles, tum Virtutis Maternæ ex-
empla possent, egregiis virtutibus ostendit *Gal-
lica* quoque *lingua* melliginem, prout referunt,
qui in ædibus Paternis versati sunt, tam promptè
exprimere calluit, quam Germanicam. Quid
multis? verbò dicam, quod res est; Si DEUS
T. O. TERq̃ MAXIMUS longiorem vitæ am-
bitum Nostræ SOPHIÆ AMALIÆ indulisset,
eminentissimam Illa spem, & Inlustrium PAREN-
TUM & totius splendidissimæ familiæ longissimè
omniò transcensura fuisset. Verum enim verò
aliter placuit Divinæ voluntati semper bonæ, cui
nostram in omni patientia subjiciamus oportet.

Confirmata NOSTRA est, in brevi explevit tem-
pora multa Sap IV. 13. Placita enim erat DEO ani-
ma illius: propter hoc properavit educere illam de
medio inquitatum I. c. vers. 14. ne malitia mutaret
intellectum ejus, aut ne factio deciperet animam illius
vers. 11. Sollicitè autem meditantibus nobis, quò
morbi genere correpta fuerit BEATISSIMA
NOSTRA, commodum subvenit Vir Nobilif-
simus, Experientissimus, Excellentissimus,
DN. BERNHARDUS BARNSTORFFIUS,
Medicinæ Doctor & Professor Ordin. Publ. fami-
geratissimus, Polyater felicissimus, Collega
noster atq; Fautor honoratissimus, qui univer-
sam feralis morbi historiam sequentibus hisce
lineis repræsentavit:

Morbus, quò Virgo Nobilissima, Viri Amplis-
simi, Præ. Nobiliss. ac Consultiss. Dni HENR.
RUDOLPHI REDEKERI, Consilarii Aulici
longè meritissimi Filiola Dilectissima, nunc eheu!
desideratissima, colluctari cepit, fuit Colica Con-
vulsiva, quæ ex nimia humorum producta acris-
monia, in ventriculo & intestinis, partim
convellendo & contorquendo, partim verò
distendendo, tantos excitavit dolores, tantas
que circa præcordia anxietates, molestias &
angustias, ut ne per momentum quidem
temporis quietè se gerere, aut in uno lecto con-
tinere

vincere valuerit ; qui cruciatus quoque In-
quietudines, à superuenientibus symptoma-
tibus, hypochondriacâ scil. suffocatione, febre
continua, siti intensa, omnimoda ciborum
inappetentiâ, nausâ, vomitu materia pitui-
tosa & porracea, diarrhæâ, vigiliis perpe-
tuis &c. indies eo majora sumpserunt incre-
menta, quo minus auxilii & levaminis, ex por-
rectis, optimis licet, & exquisita virtutis, me-
dicaminibus perceperunt; vehementia enim
morbi, usum medicamentorum, planè red-
didit invalidum, & omnem adhibitam illi sit
industriam, effecitq, ut Virguncula hac
ce incomparabilis, cujus tenerrimum corpuscu-
lum, tantis cruciatibus ferendis impar erat,
exhaustis tandem & consumptis viribus, in-
ter animi deliquia, respirandi que difficul-
tates, atate planè immatura, placidissimè vi-
talem emisit spiritum, mœstissimè que
DNIS. Parentibus, Sororibus & Agnatis
maximum sui reliquerit desiderium.

Haftenus DN. Medici verba ἀνὸς ἐξείρεcenfui-
mus; quibus ad laudes Beatissimæ nostræ nunquam
intermorituras, hoc adjicere summa potest reli-
gio: Eam in sufferendis morbi doloribus men-
tem ubique compositam habuisse, omnemque

panacæam ex vulneribus Optimi Redemptoris
saluberrimo prorsus instituto repetiisse, sicque
tandem preces inter adstantium, quas Vir Maximè
Reverendus ac Excellentissimus DN. JOH.
NICOL. QVISTORPIUS, Factor ac Collega
noster honoratissimus *ἰωλὸγία* seu benedictione
Suâ obfignavit, D. 2. Jul, ipsò Visitationis Mariæ
Festò horâ 2. pom. *optimum* illud, iudice optimo
Imperatore FRIDERICO III, quod homini continen-
gere potest, beatam scil. mortem invenisse XI. an-
nos, IX. menses & X. dies natam.

Cum ergò ex hæcenus ingenuâ fide pero-
ratis constet, Præ-Nobilissimam NOSTRAM
REDEKERIAM, egregiè adeò partibus suis
defunctam esse, quid miramur, tam masculè
illam mortis angores omnes superasse, ut sub
tempore excessus ad præsentiam Sponsi cœlestis,
ωὐρανὸν cœlestium gaudiorum suavissimum in
his terris senserit. Vocare potuit diem salutis,
cum exeundum erat, quia vestimento Justi-
tiæ jam amicta in conspectum Sponsi cœlestis
prodire voluit. De CAROLO V. Cæsare Thuanus
Historicorum ævisui facilè princeps *Hist. L. XVII.*
refert, Eum, cum abdicato à Se, quod per 37.
annos gesserat, Imperio, *Sudeburgo* cum *Heli-*
onorâ Franciæ, & *Mariâ* Hungariæ Reginis
Sororibus solvens, Euroque propitio profectus,
sine ullâ nausæâ, in *Hispaniam* trajiciens *Lareduni*
in *Callaticis* portum appulisset, ubi primùm terram
tetit

tetigit, prostratum ei osculum fixisse, additis memorabilibus verbis, quæ Id. *laud. l.* consignavit. Idem, si oculis Vestris PARENTES AFFLICTISSIMI beatum illud, BEATÆ VESTRÆ domicilium, ac, ut ita loquar, hæredium introspicere daretur, haud dubiè cerneretis, quantum animi lætitiâ post enavigatas omnes calamitatum humanarum Scyllas, portumque salutis inventum gaudeat, quotque fervidissimis osculis Regnum illud cœleste, ceu perpetuum illius receptaculum tacitâ mente signet. Oculos certè mentemque ferire quondam non potuit non illa moneta, in publicum eâ tempestate, quâ *Ludovico XII* Regi Franciæ *Anna* Hispanica adducebatur, sparsa, in cujus alterâ facie conjugum ora velut in osculum composita spectabantur, teste *Gabr. Barthol. Gramondo Hist. Gall. Libro 2.* Sed aspectû multò jucundius, multò exoptatius foret, si Beatissimam Animulam pretiosissimo suo nostroque Salvatore, indissolubili vinculo sociatam, implemento illius Cantic. I. *Osculetur me osculo oris sui* jam potiri, ejusque non extrinsecus perituris metallorum scoriis incisam, sed Archetypon, clarius loquar, Illam Ipsam Divinis manibus conclusam (*Justorum enim anime, in manus DEI sunt.* Sap. III. 1.) videre Vobis liceret. De Imperatore *Theodosio*, Augustæ Historiæ Scriptores memorant, Illum hõc aliquando usum votò: *Utinam & morsuos possem resuscitare.* Tali voto ad Vos,

Vos, *Parentes Optimi*, in præsentiarum uti, Vestra & pietas, & tenerrimus in Beatam adfectus prohibent. Videor mihi in audire VESTRAM, memorabili illâ voce, plenâque solatii, quam *Mantua* Sepulchro inscriptam legi, narrat Chytræus *Delic. p. 188.* Vos compellantem: AMICI. (PARENTES.) MEI. DESINITE. LUCTU. QUIETEM. NUNC. MEAM. RUMPERE. VIXI. NAMQUE. UT. MORERER. MORTUA. SUM. UT. VIVEREM. VOBISCUM. VICTURA. DEMUM. CUM. MORTUA. MORS. FUERIT. Haud invidebitis, scio. Illi perfectam requiem, quam pupillâ Vestrâ cariorem in vitâ habuistis, nec Sanctissimo Numini temerè impatienciâ, luctuque nimio obfistere præsumetis, cui hætenus ad Vestram gloriam omne actionum Vestrarum arbitrium plenè transcripsistis. Quod superest, abs VOBIS, Cives Academiae Honoratissimi Lectissimi que, ut honorificâ deductione Funeris, Splendidissimæ Familiæ, apud nos Merita tentari, dolores humaniter lenire, Votaque pro Superstitum salute conferre frequentissima velitis, eò, quò deget, studio impensè contendimus,

P. P. Sub Sigillo Rectoratûs A.
Dom. MDCC, II. die XXIV.
Julii.

Conventus fiet in Æde D. Mariae sacrâ, Hora Ima pomeridiana.

ate, quamvis membri integritate
ginitas corporis, ut *Philosophi* no-
tur, ut in serie Categoriarum po-
nim non per se subsistit, nec per
ur, nec locum inter qualitates te-
rrelatum habet, nec inter actio-
s aut reliquorum prædicamento-
tur, nihil in ipsa est, nec se vel lau-
retur: Omnis laus ex il-
entia à flexu alter-
acta in virgin-
entis *ty TENIO*
libatus off-
t. Virg-
privat-
xus
O-
vid-
caffa
s ad virgin-
na ratione da-
tuali, i. e. à quac-
retis seculi deliciis
um choro perpetuo ole-
ade ardente habet adorna-
i beatiorem eo esse nomine,
teu urgentia sanctos incommoda
&, dum familia non gravatur, ex-
præsentis vitæ afflictiones susti-
nendas,

